Annus XIX - Vol. XIX 1 Decembris 1927 Num. 12

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

SUMMARIUM

Acta Pii PP. XI: Motu proprio, p. 393 - Constitutio Apostolica, p. 394 - Litterae Apostolicae, p. 395 - Epistolae, p. 410.

Acta SS. Congregationum: *S. C. Consistorialis:* I. S. Iosephi de Costarica. Dismembrationis et aggregationis, p. 412. II. Augustana. De finium dioecesium commutatione, p. 413. III. Provisio Ecclesiarum, p. 414. IV. Designatio, p. 414. V. Notificatio, p. 414 - *S. C. Concilii:* Romana et aliarum. Servitii choralis, p. 415 - *S. C. Rituum:* Urbis et orbis. Pro S. Teresia a Iesu Infante, p. 416.

Acta Tribunalium; *S. Romana Rota:* Citatio edictalis. Parisien. (Bertier-Giusti), p. 417.

Appendix: *Vicariatus Urbis:* Citazione edittale. Romana (Sereni-Zelli Iacobuzzi), p. 418.

Diarium Romanae Curiae: S. C. dei Riti: Congregazioni Particolare, Preparatoria e Generale - S. C. dei Seminari e delle Università degli Studi: Avviso - Segreteria di Stato: Nomine. Onorificenze - Maggiordomato: Nomine. - Necrologio, pp. 419-424.

ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M · DCCCC · XXVII

Directio: Palazzo della Cancelleria — Roma.

Administratio: Libreria Vaticana — Roma.

Pretium annuae subnotationis
Pro Italia, Lib. **20** — Extra Italiam, *L. it.* **35** —
Pretium unius fasciculi, Lib. **3** —

«*Bis fere in mense* (Commentarium) *prodibit ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur*» (Ex *Commentarii Officialis* ratione die 29 octobris 1908 edita).

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XIX, n. 12 - 1 Decembris 1927)

ACTA PII PP. XI

Motu proprio

PAG.

Cum decessor. - De sede Sacrae Congregationis de Seminariis atque Studiorum Universitatibus. - *4 Novembris 1927* . . 393

Constitutio Apostolica

Commissum supremo. - De erectione sedis Catacensis in archiepiscopalem. - *5 Iunii 1927* 394

Litterae Apostolicae

I. *Cum auctus.* - Erigitur in Indiis Orientalibus nova dioecesis Calicutensis e dismembratione dioecesis Mangalorensis. - *12 Iunii 1923* 395

II. *Cum religio.* - Dismembrata dioecesi Trichinopolitana, erigitur nova dioecesis Tuticorinensis in Indiis Orientalibus. - *12 Iunii 1923* 397

III. *In Urbis ecclesia.* - Laudatur Romana a B. M. V. de salute ac Ss. Ioseph et Camilli archisodalitas, cuius privilegia atque indulgentiae confirmantur et ampliantur. - *11 Maii 1927* 398

IV. *Constat apprime.* - Ecclesia abbatialis titulo Sancti Huberti in cognomine civitate, dioecesis Namurcensis intra fines, ad honores Basilicae minoris extollitur. - *21 Maii 1927* 399

V. *Gestarum rerum.* - Ecclesia Omnium Sanctorum penes Bohemo-Lipam, O. E. S. Augustini, dioecesis Litomericensis intra fines, honoribus Basilicae minoris augetur. - *9 Iulii 1927* 401

VI. *Quae catholico.* - Fines reguntur inter dioeceses Tuticorensem et Trichinopolitanam in Indiis. - *14 Iulii 1927* . . . 402

VII. *Venerabilis frater.* - Praefectura apostolica de Hanyang in Sinis erigitur in apostolicum vicariatum. - *14 Iulii 1927* . 404

VIII. *Expedit ut.* - Distracto territorio e vicariatu apostolico Nili Aequatorialis erigitur praefectura apostolica de Bahr-el-Gebel. - *14 Iulii 1927* 405

IX. *Sanctae Teresiae.* - Novum templum in civitate Sancti Sebastiani Fl. Ian. Deo sacrum in honorem S. Teresiae a puero Iesu, honoribus Basilicae minoris decoratur. - *20 Iulii 1927* 406

X. *In «loco Mariae».* - Ecclesia B. M. V. in Marienstatt, intra fines dioecesis Limburgensis, Ord. Cisterciensium, titulo et privilegiis Basilicae minoris augetur. - *27 Iulii 1927* 407

XI. *Reipublicae de Venezuela.* - Templum sive sanctuarium Nationale Eucharisticum a Sancta Cappella, in urbe Caracensi, titulo et privilegiis Basilicae minoris augetur. - *5 Augusti 1927* . . . 409

Epistolae

1. *Cum feliciter.* - Ad Emum P. D. Ludovicum tit. S. Mariae in Aquiro S. R. E. Presb. Card. Dubois, Archiepiscopum Parisiensem, quem legatum mittit ad ad Marialem e tota natione conventum Carnuti agendum - *18 Maii 1927* . . 410

II. *Certe pro tua.* - Ad Emum P. D. Ludovicum, tit. S. Mariae Novae S. R. E. Presb. Card. Luçon, Archiepiscopum Rhemensium, de natali sacerdotii eius sexagesimo et de restituto templo cathedrali. - *18 Maii 1927* 411

ACTA SS. CONGREGATIONUM

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I. *S. Iosephi de Costarica-de Limon.* - Decretum dismembrationis et aggregationis. - *1 Aprilis 1927* 412

II. *Augustan.-Eistetten.* - Decretum de finium dioecesium commutatione. - *22 Octobris 1927* 413

III. Provisio Ecclesiarum 414

IV. Designatio 414

V. Notificatio 414

S. CONGREGATIO CONCILII

Romana et aliarum. - Servitii choralis. - *2 Maii 1927* 415

S. CONGREGATIO RITUUM

Lectio IX contracta de S. Teresia a Iesu Infante Virg. - *26 Octobris 1927* 416

ACTA TRIBUNALIUM

S. ROMANA ROTA

Citatio edictalis: *Parisien.* - Nullitatis matrimonii (Bertier-Giusti). - *28 Nov. 1927* . 417

APPENDIX

VICARIATUS URBIS

Citazione edittale: *Romana.* - Di dispensa di matrimonio (Sereni-Zelli Iacobuzzi). - *3 Novembre 1927* 418

DIARIUM ROMANAE CURIAE

I. S. Congregazione dei Riti: *Congregazioni Particolare, Preparatoria e Generale* . 419

II. S. Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi: *Notificatio* . . 420

III. Segreteria di Stato: *Nomine. Onorificenze* 420

IV. Maggiordomato di S. S.: *Nomine* . . . 423

V. Necrologio 424

Annus XIX - Vol. XIX 1 Decembris 1927 Num. 12

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

MOTU PROPRIO

DE SEDE SACRAE CONGREGATIONIS DE SEMINARIIS ATQUE STUDIORUM UNIVERSITATIBUS.

PIUS PP. XI

Cum decessor Noster Benedictus f. r. Papa XV Sacram Congregationem Seminariis catholicisque Athenaeis regundis propriam, ad formam ceterarum Romanae Curiae Congregationum, Litteris die IV mensis Novembris anno MDCCCCXV datis, optimo sane consilio instituisset, eidem certum quoddam conclave in aedibus Cancellariae Nostrae Apostolicae sedem attribuit. Verum quia decursu temporis sedes illa ad negotia eius Sacri Consilii expedienda minus apta visa est, idcirco eam alibi opportuniore loco collocari decrevimus. Quod quidem ad perficiendum propositum accommodatas iudicavimus Nostras ad Sancti Callisti aedes; quas Nostris expensis refici ornarique iusseramus; eo magis quod ibidem Pontificalis monachorum Sancti Benedicti « Vulgatae » emendandae Commissio, quam vocant, sui muneris causa commoratur. Itaque motu proprio et de certa scientia ac matura deliberatione Nostra volumus ac statuimus Congregationis de Seminariis Studiorumque Universitatibus domicilium in eam ipsam domum, quae a Sancto Callisto nuncupatur, priore relicta sede, transferri.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum, die IV mensis Novembris anno MDCCCCXXVII, Pontificatus Nostri sexto.

PIUS PP. XI

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE ERECTIONE SEDIS CATACENSIS IN ARCHIEPISCOPALEM

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Commissum supremo Ecclesiae Pastori Apostolici ministerii munus illud expostulat, ut ipse omnibus opportunis utatur occasionibus, quibus rei sacrae consulendae prospicere valeat. Cum vero inde a pluribus annis ac iteratis vicibus ad Apostolicam Sedem vota expresse fuerint delata eum in finem, ut episcopalis sedes Catacensis ad dignitatem et honorem Ecclesiae archiepiscopalis eveheretur: Nos, probe noscentes Catacensem civitatem inter praecipuas totius Calabriae regionis accenseri, eo vel magis, ad rem sacram quod spectat, cum ibi sedem habeat Seminarium maius iuvenibus universae Calabriae in spem Ecclesiae alendis a s. m. Pio Papa decimo, Praedecessore Nostro constitutum, praefatis votis annuendum censuimus. Quapropter de consulto venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationis rebus consistorialibus praepositae, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel qui sua interesse praesumant consensu, certa scientia, deque Apostolicae potestatis plenitudine, episcopalem et cathedralem Ecclesiam Catacensem a iure metropolitico archiepiscopalis Ecclesiae Rheginensis prius solutam et exemptam decernimus, sicuti de facto exsolvimus ac eximimus; eamque ad gradum et dignitatem Ecclesiae archiepiscopalis sine ulla tamen suffraganeorum Episcoporum designatione, evehimus ac extollimus eidemque omnia et singula iura, privilegia et praerogativas, quibus ceterae archiepiscopales sedes gaudere solent, attribuimus et assignamus. Deinde venerabili fratri Ioanni Fiorentini, qui actu episcopalem Catacensem obtinet sedem, Archiepiscopi titulum, ita ut posthac Archiepiscopus Catacensis sit nuncupandus una cum delatione Pallii, postquam illud in Consistorio rite postulaverit, et Crucis, necnon una cum aliis insignibus, honoribus, iuribus ac privilegiis, quibus ceteri Archiepiscopi de iure, usu et consuetudine fruuntur, eodem pariter modo tam ipsi, quam etiam futuris eius in Catacensi archiepiscopatu legitimis successoribus, impertimus, concedimus et conferimus. Tandem memoratae Catacensis Ecclesiae Capitulum eo ipso ad archiepiscopalis Capituli honorem et titulum, Apostolica auctoritate pariter evehimus, cum omnibus iuribus, privilegiis ac honoribus, quibus cetera

archiepiscopalia Capitula in Italia fruuntur. Ad haec autem omnia exsecutioni mandanda venerabilem fratrem Carmelum Pujia, Archiepiscopum Rheginensem deputamus, eidem tribuentes necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, aliam personam in ecclesiastica dignitate constitutam, ac definitive sententiam dicendi de quavis difficultate vel oppositione quomodolibet oritura, imposito onere intra sex menses ad Sacram Congregationem Consistorialem mittendi authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Decernimus denique has Nostras Litteras valituras contrariis quibuscumque etiam speciali et expressa mentione dignis non obstantibus. Quae autem hisce Litteris auctoritate Apostolica a Nobis decreta sunt, nulli hominum, nullo unquam tempore, infringere aut iis contraire vel quomodolibet repugnare liceat. Si quis autem, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, poenas a sacris canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutas se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo septimo, die quinta mensis Iunii, Pontificatus Nostri anno sexto.

✠ C. Card. DE LAI, Ep. Sabinen. et Mandelen., *S. C. Consistorialis Secretarius.*

O. Card. CAGIANO, *S. R. E. Cancellarius.*

Ioannes Zani-Caprelli, *Protonotarius Apostolicus.*
Dominicus Spolverini, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. XXXVI, n. 38. – M. Riggi.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

ERIGITUR IN INDIIS ORIENTALIBUS NOVA DIOECESIS CALICUTENSIS E DISMEMBRATIONE DIOECESIS MANGALORENSIS.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Cum auctus fidelium grex ab uno nequeat Pastore, licet pervigili, regi, alios, pro supremo Nostri apostolatus officio, Pastores vocamus, qui ad secura salutis pascua commissas oves

valeant adducere. Hac mente, cum dioecesis Mangalorensis in Indiis orientalibus, ob auctum feliciter numerum fidelium et ecclesiasticarum institutionum, copiamque caritatis atque educationis fundationum, nec non ob nimiam territorii amplitudinem locorumque distantiam, ab unico Pastore regi amplius nequeat: Nos, collatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, omnibusque adiunctis mature perpensis, memoratam dioecesim dismembrandam esse existimavimus. Quare, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore e dioecesi Mangalorensi separamus sive seiungimus partem territorii meridionalem, sive districtum civilem de *North-Malabar* appellatum, cuius intra limites novam dioecesim erigimus atque constituimus, cui ab urbe *Calicut*, ipsius regionis principe, Calicutensis nomen facimus, eandemque Ecclesiae metropolitanae Bombayensi subiicimus. Propterea statuimus quod in posterum fines dioecesis Mangalorensis sic dismembratae iidem sient ac fines civiles districtus qui dicitur de *South Kanara*, et limites novae dioecesis Calicutensis iidem sient ac limites illius territorii partis districtus civilis qui vocatur de *North-Malabar* et quae usque adhuc ad dioecesis Mangalorensis iurisdictionem pertinebat. Insuper, sic constitutae dioecesi Calicutensi adnectimus atque adiungimus civilem divisionem de *Winad*, Ecclesiae Mysuriensi subiectam, et medietatem civilis divisionis de *Wollawanad*, nempe territoria de *Shoranur* et de *Mannarghat* appellata, usque ad lineam partitionis aquarum inter occidentalem et orientalem partem Oceani Indici, ad Coimbaturensem Ecclesiam pertinentem.

Porro haec mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas et efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XII mensis Iunii, anno MDCCCCXXIII, Pontificatus Nostri secundo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

II

DISMEMBRATA DIOECESI TRICHINOPOLITANA, ERIGITUR NOVA DIOECESIS TUTICORINENSIS IN INDIIS ORIENTALIBUS.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Cum religio catholica apud Paraveros, litus piscatorium (seu vulgo *Costa di Peschiera*), in Trichinopolitana dioecesi, in Indiis orientalibus, incolentes, tam laetos, Deo favente, incrementa susceperit, ut regio illa matura iam esse videatur ad separatam et independentem dioecesim efformandam: Nos, collatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, haec quae infra scripta sunt decernenda, pro regionis illius spirituali emolumento, existimavimus. Nimirum, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, praedictum territorium a Paraveris habitatum, a Trichinopolitana dioecesi separamus sive dismembramus, novamque inde dioecesim constituimus, ab urbe *Tuticorin*, illius regionis principe, Tuticorinensem appellandam (qua in urbe etiam stabilienda erit residentia Episcopi) et Ecclesiae metropolitanae Bombayensi subiectam. Huius autem novae dioecesis limites iuxta litora apud sinum *Manar* a capite *Comorin* usque ad pagum *Muckur* perducantur et, continentem versus, ad circiter decem millia passuum per totam regionem a Paraveris excultam protrahantur, auctoritate tamen novi Praesulis solummodo extenta in paroecias, loca et personas ad praesens Congregationi de Propaganda Fide subiecta, et salvis magis specificis determinationibus ab eodem sacro Consilio de Propaganda Fide in posterum approbandis.

Haec praecipimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas et efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt nunc et in posterum iugiter suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XII Iunii, anno MDCCCCXXIII, Pontificatus Nostri secundo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

III

LAUDATUR ROMANA A B. M. V. DE SALUTE AC SS. IOSEPHI ET CAMILLI ARCHISODALITAS, CUIUS PRIVILEGIA ATQUE INDULGENTIAE CONFIRMANTUR ET AMPLIANTUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — In Urbis ecclesia ad sanctae Mariae Magdalenae paenitentis, quae princeps est Ordinis Clericorum Regularium infirmis ministrantium, celeberrima adservatur crebrisque inclyta prodigiis Beatae Virginis imago, quae sub titulo *Salutis Infirmorum* vetere christifidelium devotione recolitur. Ut iuxta Sancti Camilli, Ordinis fundatoris, exemplum latius popularium caritas in infirmos percrebresceret, anno MDCCCLX eodem in templo Pia Unio, sub nomine ac patrocinio B. Mariae Virginis a Salute, nec non sancti Iosephi Deiparae Sponsi, ac sancti Camilli de Lellis, canonice erecta fuit, cuius sodales potissimum ad finem contenderent ea infirmis auxilia suppeditandi, quae tam corporis levamini quam spirituali animorum bono et solatio profutura essent. Haec pia societas, ad plures Italiae exterarumque gentium civitates brevi diffusa, tam felices progressus nacta est, ut eam rec. mem. Decessor Noster Pius Pp. IX in archiconfraternitatem erigere dignatus sit, facta eidem facultate alias eiusdem nominis atque instituti sodalitates sibi aggregandi, et cum illis indulgentias omnes ac privilegia communicandi, quibus ipsa romana archisodalitas ab hac Sancta Sede ditata fuisset. Sed labentibus annis hoc omnibus nominibus frugiferum Institutum, plures ob causas, a primo fervore aliquantulum excidit, cum rei religiosae detrimento, adeo ut hodiernus Praefectus generalis Ordinis Ministrantium infirmis, qui est etiam supremus archisodalitatis moderator, non semel excitatus fuerit, ut, interposita quoque apostolica Nostra auctoritate, archisodalitium ipsum ad pristinum splendorem revocaret. Quam istud consilium sit salutare, et quantum animorum bono conducat neminem sane latet, qui in valetudinariis, laicali ministerio commissis, rerum religiosarum incuriam aliquantulum animadverterit, quae non sine ingenti est atque omnino lacrimabili animorum ruina. Ad spiritualem quidem aegrotantium provehendam utilitatem eadem Urbis Nostrae archisodalitas apta est; proindeque omni procul dubio oportet, ut ipsa nunc incrementum capiat et magno ex cuiusvis ordinis sociorum numero augeatur, quorum industrio pioque studio Ecclesiae ministris facilius aditus ad aegrotos invisendos pateat; adeo ut in discrimine praesertim vitae, atque in momento constituti a quo pendet aeternitas, aegrotantes iidem Ecclesiae Sacramentis muniantur. Quae cum ita sint, cum ad numerum augendum sodalium, qui alacriore

pectore in huiusmodi christianae caritatis officium incumbent, Praepositus generalis Ordinis Clericorum Ministrantium infirmis Nos enixis precibus rogaverit, ut non modo privilegia atque indulgentias, quae a Decessoribus Nostris ipsi archisodalitati concessa sint, confirmare, sed alias quoque spirituales gratias eidem de benignitate Nostra concedere dignaremur: Nos, minime dubitantes quin ex hac Nostra concessione uberrima bona obventura sint, et eadem omnibus nominibus digna archisodalitas novos in Domino progressus nanciscatur atque ad antiquum redeat splendorem, hisce supplicationibus annuendum ultro libenterque existimavimus. Conlatis itaque consiliis cum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Poenitentiario Maiore, etc.

Haec concedimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; ipsique archisodalitio urbano B. Mariae Virginis a Salute ac S. Iosephi, eius Sponsi, et S. Camilli de Lellis in ecclesia sanctae Mariae Magdalenae de Urbe canonice erecto, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Volumus autem ut praesentium Litterarum Apostolicarum exemplis, etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate vel officio constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XI mensis Maii anno MDCCCCXXVII, Pontificatus Nostri sexto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

IV

ECCLESIA ABBATIALIS TITULO SANCTI HUBERTI IN COGNOMINE CIVITATE, DIOECESIS NAMURCENSIS INTRA FINES, AD HONORES BASILICAE MINORIS EXTOLLITUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Constat apprime ecclesiam abbatialem titulo sancti Huberti, Namurcensis regionis apostoli, in civitate ab ipso divo Huberto nominata, dioecesis Namurcensis intra fines exstantem, vetustate, molis amplitudine, structura atque artis operum splendore quam maxime enitere. Cognitum est sanctuarium ipsum a primis Ecclesiae saeculis exstructum, deinde per Hunnos eversum, nova molitione fuisse ere-

ctum, et monasterio a Beregisio primo Abbate adiunctum. Neque Nos latet anno DCCCXVII monachos Ordinis Benedictini e monasterio a S. Petro civitatis Leodiensis a sancto Huberto fundato, studio et auctoritate episcopi Leodiensis Walcaud, in hanc alteram civitatem transiisse ibidemque, sacra aede et adiacenti monasterio instauratis atque amplificatis, consedisse. Labentibus annis et saeculis hoc sollemne monumentum non minus sacrum quam civile frequentium piorum peregrinationum centrum evasit, itemque sedes fuit tam spectabilis confraternitatis quam equitum ordinis, qui omnes coetus sicuti ipsa civitas glorioso titulo ac nomine sancti Huberti gaudent atque illustrantur. Huius quidem domus Dei et orationis decori ac splendori consultum est per venerabilem clerum, et sacras divitesque supellectiles; et confluentium undique fidelium pietati ac venerationi satisfaciunt imagines atque statuae devotae quibus templum abundat, ac relliquiae etiam insignes, quas inter principem locum obtinet corpus divi Huberti episcopi et confessoris, Ardennae gentis, a religiosis benedictinis expetitum, ipsisque anno DCCCXXV ab episcopo et civitate Leodiensi concessum. Nec silentio praetereunda sunt privilegia atque indulgentiae, quibus plures Romani pontifices Nostri Decessores inclytum ipsum sanctuarium iterum iterumque locupletarunt. Haec animo repetentes, cum venerabilis frater Ludovicus Heylen ex Ordine Canonicorum Praemonstratensium, episcopus Namurcensium, exponendum Nobis curaverit in ipsa civitate sancti Huberti, trigesima die vertentis Maii mensis, duodecimum celebratum iri centenarium exeuntem annum a pretiosa in conspectu Domini morte eiusdem sancti episcopi sollemnibus festis et celeberrimo cleri populique concursu, adstantibus quidem, quod omnium in votis est, Legato Nostro Pontificio, et carissimo in Christo filio Nostro Alberto Rege Belgarum; addideritque ipse Episcopus ad perennandam saecularium earumdem festivitatum memoriam, in votis sibi admodum esse, ut ecclesiam enunciatam abbatialem, ad Basilicae minoris dignitatem promovere dignemur: Nos auspicatam hanc occasionem ultro libenterque nanciscimur, et optatis praesulis istis propensa voluntate concedendum esse existimavimus. Quae cum ita sint, audito etiam venerabili fratre Nostro Antonio S. R. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, omnibusque rei momentis religiose perpensis, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, perpetuumque in modum, abbatialem ecclesiam, a sancto Huberto in civitate cognomine dioecesis Namurcensis intra fines sitam, titulo ac privilegiis Basilicae minoris prouti aliis ecclesiis praestantioribus extra Urbem et iuxta morem concessum est, augemus et condecoramus.

Haec largimur, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere illisque ad quos spectant sive spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime perpetuo suffragari: sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXI mensis Maii anno MDCCCCXXVII, Pontificatus Nostri sexto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

V

ECCLESIA OMNIUM SANCTORUM PENES BOHEMO-LIPAM, O. E. S. AUGUSTINI, DIOECESIS LITOMERICENSIS INTRA FINES, HONORIBUS BASILICAE MINORIS AUGETUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Gestarum rerum scriptores docent Albertum Friedlandiae Ducem, profligatis celeberrima pugna Imperatoris Austriae hostibus penes urbem Pragensem, in patriam terram reversum, ad gloriosae victoriae memoriam perennandam, inter fines dioecesis Litomericensis, Bohemo-Lipae, templum instituisse honori et titulo Sanctorum Omnium dicatum, illudque anno MDCXXII, cum continentibus Conlegio et scholis, Ordinis Eremitarum a sancto Augustino alumnis, auspice purpurato Sanctae Romanae Ecclesiae principe Ernesto Cardinali Harrach, qui per illud temporis Pragensem sedem moderabatur, commisisse. Constat quidem conlegium idem ac scholas magistrorum doctrina ac discipulorum frequentia maxime conspicuas, ex quibus plures prodiere viri, susceptorum munerum dignitate insignes, atque ecclesiasticis etiam honoribus spectatissimi, quasi tutissimum exstitisse in regione, a catholicis referta, adversus haereticorum machinationes propugnaculum, germanaeque Fidei praesidium. Templum autem tum structura praenobile, tum artis operum splendore praestans, iure meritoque haberi potest totius regionis princeps, ac mirandum christianae pietatis monumentum. Ara maior marmore renidet, pictaque tabula, quae eximium summi artificis opus, sancti Augustini imaginem et Sanctorum omnium refert gloriam. Proxima quidem altaria margaritis fulgent, et sanctorum mirificis statuis. Neque desiderantur sanctorum lypsana, et canonice erectae fidelium societates, et plura spiritualia privilegia etiam a Decessoribus Nostris Romanis Pontificibus concessa. Sacra quoque

supellectile ecclesia abundat, ibique plures divino cultui vacant Eremitarum a Sancto Augustino Ordinis sacerdotes, qui propria illius Congregationis sollemnia per annum inibi splendide concelebrant, et peregrini etiam quotannis huc divinam opem impetraturi turmatim confluunt. Haec animo repetentes cum dilectus filius Bernardus Brand, Prior conventus ecclesiaeque illius rector hodiernus, Nos enixis precibus flagitaverit ut hoc anno labente tertio saeculari ab eorundem conventus ecclesiaeque fundatione, sacram memoratam Sanctorum Omnium ecclesiam ad Basilicae minoris honores promovere dignemur, hasque preces cumulent atque ornent amplissima commendationis officia tam Episcopi Litomericensis quam Procuratoris generalis Ordinis Eremitarum a Sancto Augustino, Nos optatis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Collatis itaque consiliis cum venerabili fratre Nostro Antonio S. R. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, Sacrae Rituum Sacrorum Congregationi Praefecto, omnibusque rei momentis attente perpensis, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, ecclesiam Omnibus Sanctis dicatam penes urbem Bohemo-lipensem, intra fines dioecesis Litomericensis sitam, titulo atque honore Basilicae minoris augemus, iuxta morem ac decreta privilegiis et honorificentiis adiectis.

Haec volumus et praecipimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas, atque efficaces semper exstare ac permanere, suoque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt, nunc et in posterum perpetuo suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate quavis, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die IX mensis Iulii anno MDCCCCXXVII, Pontificatus Nostri sexto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

VI

FINES REGUNTUR INTER DIOECESES TUTICORENSEM ET TRICHINOPOLITANAM IN INDIIS.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Quae catholico nomini aeternaeque fidelium saluti bene prospere ac feliciter eveniant, quaeque rei sacrae procurationi melius gerendae conducant, potissimum in regionibus longo terra-

rum marisque tractu ab hoc religionis centro seiunctis, ea ut sollicito studio decernamus, Nos admonet supremi apostolatus officium quo in terris licet immerito divinitus fungimur. Iamvero per Apostolicas Litteras die XXII mensis Iunii anno MDCCCCXXIII, Piscatoris anulo obsignatas, per Nos erecta fuit in Orientalibus Indiis nova dioecesis, cui nomen fecimus de *Tuticorin* eiusque limites iuxta litora a capite Comorin usque ad pagum *Muckur* perducti et continentem versus ad circiter decem millia passuum per totam regionem a *Paraveris* excultam protracti fuerunt, salvis magis specificis determinationibus, suprema Nostra auctoritate apostolica in posterum adprobandis. Porro cum nuper tam Episcopus Trichinopolitanus, quam ipse Tuticorinensis Antistes a Nobis enixis precibus petierint, ut iidem fines certiore modo determinarentur, hisque votis accedat amplissimum suffragium Delegati Apostolici Indiarum Orientalium, Nos optatis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Collatis itaque consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, omnibusque rei momentis attente ac religiose perpensis, ut in illis regionibus christianum nomen amplificetur, favente Deo, haec quae infrascripta sunt decernenda existimavimus. Nimirum motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, praesentium tenore volumus ac praecipimus ut dioecesis Tuticoricensis comprehendat tres administrativas divisiones, vulgo *taluks* dictas, nempe *Nanguneri*, *Tiruchendur*, *Srivaikundam*, et insuper territorium delimitatum ad Orientem a litore maris (*Gulf of Mannar*) a vico *Vadakur* in meridie ad vicum *Mukkur* in aquilone; ad Occidentem a linea, quae incipiat a vico *Sivalapperi* et teneat viam tendentem ad oppidum *Ottapidaram*, unde progrediatur per viam ferream *easthern road* transeuntem vicum *Passavandanai* ad *Ettiyapuram* usque. Sequatur exinde ipsa linea viam munitam (*trunk road*) usque ad superiorem limitem *Koilpatti* divisionis, cum qua identificata, sive quacum coniuncta, procedat usque dum *Aruppukottei* divisionis inferiorem limitem contingat, quo cum limite identificetur sive coniungatur ad vicum *Appanur* usque, unde per viam ferream *easthern road* venientem a vico *Kamuti* usque ad *Mukkur*, descendat per *Appanur* et *Kadeladi*. Hos Tuticorensis dioecesis fines esse volumus certos et definitos, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis,

auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIV mensis Iulii anno MDCCCCXXVII, Pontificatus Nostri sexto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

VII

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE HANYANG IN SINIS ERIGITUR IN APOSTOLICUM VICARIATUM.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Venerabilis frater Celsus Costantini, Archiepiscopus titulo Theodosiopolitanus et Apostolicus in Sinis Delegatus, Nos enixe flagitaverat ut ad maius animorum bonum praefectura apostolica de Hanyang, quae, curis Societatis a Sancto Columbano pro Missionibus apud Sinenses concredita, elapsis annis ampliora incrementa feliciter suscepit, in vicariatum apostolicum erigeretur. Nos autem, quibus nihil antiquius est quam ut in missionibus in quibus christiana Fides, auspicante Deo, convaluit, rei sacrae procurationi melius provideatur, praelaudati Delegati Apostolici votis ultro libenterque concedendum existimavimus. Itaque collatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, omnibusque rei momentis religiose perpensis, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, praefecturam apostolicam de Hanyang in Sinis ad ampliorem dignitatem vicariatus apostolici evehimus ac promovemus.

Haec largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIV mensis Iulii, anno MDCCCCXXVII, Pontificatus Nostri sexto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

VIII

DISTRACTO TERRITORIO E VICARIATU APOSTOLICO NILI AEQUATORIALIS ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA DE BAHR-EL-GEBEL.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Expedit ut, aucto Pastorum numero, fidelium gregis bono atque incolumitati provideatur satius; eoque ducti sapienti consilio, cum dilectus filius Paulus Meroni, moderator Instituti Veronensis Filiorum a Sacro Iesu Corde, approbante ac suffragante Praefecto Apostolico Nili Aequatorialis, retulerit ad Nos, ad sylvestres homines in Africa Centrali degentes catholica fide imbuendos maxime opportunum fore territorium de Sudan Anglo-Aegyptiaco, ab eadem Missione Nili Aequatorialis distrahere, atque inde novam erigere apostolicam praefecturam, Nos optatis his concedendum ultro libenterque existimavimus. Collatis itaque consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, omnibusque rei momentis religiose perpensis, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, a Missione Nili Aequatorialis, de Sudan Anglo-Aegyptiaco, territorium dismembramus sive separamus, atque ex hoc territorio, sic dismembrato sive seiuncto, novam apostolicam praefecturam constituimus a *Bahr-el-Gebel* nuncupandam, quam committimus Patribus Veronensis Instituti Filiorum a Sacro Corde Iesu. Limites autem huius a Bahr-el-Gebel praefecturae sequentes esse praecipimus: ad septentrionem flumen Nilum album, et flumen *Sobat* usque ad Abyssiniae confinia; ad orientem limites civiles inter Sudan et Abyssiniam usque ad montem *Naita;* deinde linea idealis, quae a monte *Naita* punctum contingit, ubi meridiani 34 longitudinis et quartus latitudinis coniunguntur; ad meridiem ab hoc puncto incipiens delimitationis linea sequatur confinia civilia inter Sudan et Protectoratum Ugandensem usque ad Congum Belgicum, denique ad occidentem primum limites civiles inter Congum Belgicum et provinciam Sudanensem de *Mongalla*, deinde limitem occidentalem eiusdem provinciae ad flumen Nilum, et cursus fluminis ipsius usque ad flumen Bahr-el Ghazal, quo a flumine nova eadem praefectura concluditur.

Porro haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque, efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus

super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus quibuscumque contrariis.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIV mensis Iulii anno MDCCCCXXVII, Pontificatus Nostri sexto.

P. CARD. GASPARRI *a Secretis Status.*

IX

NOVUM TEMPLUM IN CIVITATE SANCTI SEBASTIANI FL. IAN. DEO SACRUM IN HONOREM S. TERESIAE A PUERO IESU, HONORIBUS BASILICAE MINORIS DECORATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Sanctae Teresiae a Puero Iesu dicatum exstat in civitate Sancti Sebastiani Fluminis Ianuarii novum ac pulchrum templum, quod Carmelitae Excalceati ex eiusdem Ordinis Romana Provincia in Brasiliis residentes, stipe christifidelium cuiusque ordinis populariumque Reipublicae Brasiliarum collecta, exaedificandum curarunt. Ipsum vero templum non modo amplitudine atque altarium et sacrae supellectilis copia, sed artis etiam praestantia excellit. Constat enim magnis tribus alis, stylo romano mirifice exstructis; atque altaria novem marmorea continet in italicis opificiis affabre confecta. Quamquam variis Sanctorum, inter quos Iustini martyris, relliquiis eniteat, tamen eadem sacra aedes veluti nationis Brasilianae sanctuarium habetur sanctae Teresiae a Puero Iesu, cuius inibi insignis relliquia colitur; immo adeo impensa omnis Brasiliarum populus devotione ipsam Teresiam veneratur, ut in argumentum sui amoris erga illam, necessaria pecuniae summa ex omni parte nationis congesta, pretiosam urnam offerre voluerit, in qua Sanctae ex Ordine Carmelitarum Virginis exuviae in Lexoviensi oppido asservantur. Nil mirum itaque quod frequentissimi fideles celebrent templum ipsum, pie ac devote sacris functionibus adstantes, quas Patres Carmelitae, a cappellanis etiam e clero saeculari adiuti, tum cotidie explent, tum aliquando sollemniter, data occasione, cum magnificentia, more romano, perficiunt. Hisce omnibus igitur attente perpensis, cum moderator Carmelitarum Excalceatorum in Brasiliis degentium, qui apud Sanctuarium memoratum suam habet sedem, enixis precibus Nos flagitaverit ut ad christianae pietatis incrementum atque ad decus augendum loci, dignitate ac titulo Basilicae minoris templum ipsum cohonestare dignaremur, et supplicationes easdem, suffragio suo amplissimo, tum venerabilis frater Archiepiscopus coadiutor dilecti filii Nostri S. R. E. Cardinalis Arcoverde de Albuquerque Calva-

canti, Archiepiscopi Sancti Sebastiani Fluminis Ianuarii, tum Procurator generalis Ordinis Carmelitarum Excalceatorum commendent, Nos, quibus nihil est antiquius quam ut christifidelium erga Sanctos cotidie magis pietas exardescat, atque opportunis quoque honoris privilegiis sacrae aedes decorentur, huiusmodi votis propensa voluntate annuere censuimus. Quapropter conlatis etiam consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Congregationi Sacrorum Rituum praepositis, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, enunciatum templum Deo Optimo Maximo sacrum in honorem sanctae virginis Teresiae a Iesu Infante in civitate atque archidioecesi Sancti Sebastiani Fluminis Ianuarii, dignitate ac titulo Basilicae minoris, cum omnibus honoribus, praerogativis, indultis, privilegiis adiectis, iuxta decreta ac morem honestamus.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque integros effectus sortiri iugiter et obtinere, ipsique ecclesiae, ad quam pertinent, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XX mensis Iulii anno MDCCCCXXVII, Pontificatus Nostri sexto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

X

ECCLESIA B. M. V. IN MARIENSTATT, INTRA FINES DIOECESIS LIMBURGENSIS, ORD. CISTERCIENSIUM, TITULO ET PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS AUGETUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — In « loco Mariae », vulgo *Marienstatt*, nunc inter limites sito dioecesis Limburgensis in Germania, anno reparatae salutis MCCXII Patrum Cisterciensium conventus surrexit, et continens conventui magnae molis sacra aedes condita est, anno MCCXXVII, auctore atque auspice Conrado abbate, Deiparae Virgini sollemni ritu dicata. Templum, gothici styli primum in Germania monumentum, tribus constat navibus et pluribus itemque conspicuis artis operibus nobilitatur, potissimum mirifico altari, in honorem sanctae Ursulae et Sociarum martyrum.

Plura per saecula hic consederunt Cistercienses, in Dominico agro alacri studio adlaborantes, donec per nefariam saecularisationis legem ab ipso conventu deturbati fuerunt. Sed ex auspicato contigit, ut octoginta circiter post annos, nempe anno MDCCCLXXXVIII per ipsos monachos Cistercienses ex Augia maiore (*Mehrerau*) monasterium loci Sanctae Mariae quasi revivisceret, et in illius ecclesia iuxta tabulas Ordinis Cisterciensis denuo opus Dei posset celebrari. Post insperatum hunc Monachorum reditum iterum regionis totius religiosae vitae centrum exstitit dicta ecclesia, iterum effulsit populi pietas, iterum illuc frequentes turmae peregrinorum Virginis opem implorantium quotannis confluxerunt. Haec animo repetentes cum dilectus filius Cassianus Haid, abbas Maristellae (Augiae maioris) Ordinis Cisterciensis, Nos enixis precibus rogaverit ut labente hoc anno septimo saeculo ab ecclesiae loci Sanctae Mariae fundatione ac dedicatione, ad laeti huius eventus memoriam perennandam, sacram eandem aedem, ad Basilicae minoris gradum evehere dignemur: Nos, quum ipsa ecclesia, tantis, quos supra memoravimus fastis insignis, Sanctorum etiam reliquiis abundet et praedivite sacra supellectile omnibusque requisitis polleat ad Basilicae dignitatem obtinendam, precibus hisce annuendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, attento gravi commendationis officio tam Episcopi Limburgensium, quam Procuratoris generalis Ordinis Cisterciensium, auditoque venerabili fratre Nostro Antonio S. R. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, omnibusque rei momentis religiose perpensis, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium vi perpetuumque in modum ecclesiam in honorem Beatae Mariae Virginis Deo dicatam in loco « Marienstatt » dioecesis Limburgensis intra fines, Cisterciensium Ordini concreditam, ad titulum ac dignitatem Basilicae minoris evehimus cum privilegiis, quae iuxta decreta et morem dictis Basilicis competunt.

Porro haec largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVII mensis Iulii anno MDCCCCXXVII, Pontificatus Nostri sexto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

XI

TEMPLUM SIVE SANCTUARIUM NATIONALE EUCHARISTICUM A SANCTA CAPPELLA, IN URBE CARACENSI, TITULO ET PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS AUGETUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Reipublicae de Venezuela templum maximum illud procul dubio dicendum est, quod sub titulo « Sanctuarii Nationalis Eucharistici a Sancta Cappella » mox dedicandum sollemni ritu, in urbe archiepiscopali Caracensi, eo ipso in loco assurgit, ubi trecentos abhinc annos, uti fertur, occasione nascentis civitatis Caracensis prima vice Sacrum litatum est. Molis amplitudine et artis operum magnificentia praestans, antiqua populi religione excultum, pietatis et amoris fidelium erga Sacramentum augustum iure meritoque centrum haberi potest ipsum sanctuarium, praesertim cum in eo plus quam triginta septem ab annis continenter diu noctuque Eucharistica adoratio fiat. Haec animo repetentes, cum hodiernus Caracensium Archiepiscopus, totius cleri populique vota exprimens, gravi venerabilis fratris Philippi Cortesi, Archiepiscopi titularis Siracensis, penes Rempublicam de Venezuela Apostolici Legati, suffultas suffragio, preces Nobis humiliter adhibuerit, ut nationale ipsum Sanctuarium ad minoris Basilicae dignitatem evehere de benignitate Nostra velimus, Nos optatis his concedendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, collatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus a sacris Ritibus tuendis praepositis Congregationi, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium vi, perpetuumque in modum templum sive Sanctuarium Nationale Eucharisticum a Sancta Capella, archiepiscopalis Caracensis civitatis, titulo ac dignitate Basilicae minoris, cum privilegiis et honorificentiis de iure et consuetudine adnexis, condecoramus atque augemus.

Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die v mensis Augusti anno MDCCCCXXVI, Pontificatus Nostri quinto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD EM̃UM P. D. LUDOVICUM TIT. S. MARIAE IN AQUIRO S. R. E. PRESB. CARD. DUBOIS, ARCHIEPISCOPUM PARISIENSEM, QUEM LEGATUM MITTIT AD MARIALEM E TOTA NATIONE CONVENTUM, CARNUTI AGENDUM.

PIUS PP. XI

Dilecte fili noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Cum feliciter, ad rem catholicam provehendam, mos invectus sit conventus sacros agendi, consentaneum plane est ut coetus item non absimiles saepe celebrentur ad religionem divinae Matris in populis fovendam; ut enim semper, ita aetate quoque nostra christiana gens, tot inter pericula omne genus et res adversas, praesidio Mariae potentissimo prorsus indiget. Nos vero qui, iam inde a Pontificatus Nostri exordio, in Virginem suavissimam, tamquam in communis salutis spem, oculos animumque intendimus, ad eiusque augendum cultum, occasione data, hortari omnes non destitimus, libenter equidem didicimus Marialem congressum mox Carnuti actum iri, saeculo quidem nono exeunte ex quo insignis illa Crypta in honorem magnae Dei Matris condita est. Itaque consilium sane optimum initum est, conventum nempe Carnutum indicendi; eo magis quod sane antiquitus Carnutum quasi Mariae urbs in Gallia habebatur, et ad sacram eius aedem fideles ex tota Gallia peregrinari consueverunt; tamque multa ac praeclara apud vos exstant pietatis veteris in caelestem Patronam monumenta, ut non immerito olim edixerit quidam Ecclesiae scriptor: « regnum Galliae, regnum Mariae ». His de causis, Nos ipsi Conventui quodammodo adesse volumus. Quapropter te, dilecte fili Noster, his Litteris eligimus, qui personam Nostram Carnuti gerens, sacris eis praesideas caeremoniis: id fore confisi ut, pro tua aliorumque S. R. E. Cardinalium et Episcoporum praesentia, quibus certe magna fidelium multitudo accedet, celeberrima omnino fiant sollemnia sacra, eademque cum in Virginis Matris triumphum tum in animarum utilitatem auspicato cedant. Ceterum, valde Nosmet ipsos pietati caelestis Reginae commendantes, tibi dàmus ut adstantibus nomine Nostro benedicas, plenariam ipsis admissorum veniam proponens, usitatis condicionibus lucrandam. Ac divinorum conciliatricem numerum, tibi, dilecte fili Noster, aliis S. R. E. Cardinalibus et Episcopis iisque omnibus qui congressioni intererunt apostolicam benedictionem effuso animo impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XVIII mensis Maii anno MDCCCCXXVII, Pontificatus Nostri sexto.

PIUS PP. XI

II

AD EM̃UM P. D. LUDOVICUM, TIT. S. MARIAE NOVAE S. R. E. PRESB. CARD. LUÇON, ARCHIEPISCOPUM RHEMENSIUM, DE NATALI SACERDOTII EIUS SEXAGESIMO ET DE RESTITUTO TEMPLO CATHEDRALI.

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Certe pro tua modestia tacitus praeteriisset natalis sacerdotii tui sexagesimus, nisi virtutis tuae aestimatores, imprimisque fideles tui amantissimi, sponte eventum tam faustum commemorare voluissent. Idque non immerito: compertum enim est quo fidei ardore, tam diuturno annorum spatio, varia munia tibi credita obieris; tum in Andegavensi dioecesi animarum saluti operam dando; tum Bellicensem Ecclesiam diligenter regendo; tum denique in Rhemensi archidioecesi sollertissime elaborando. Vere *forma factus gregis ex animo*, exemplo magis ipse quam iussu clero tuo praefuisti; nec ignotum ulli est peculiare studium quo tu, non modo Apostolicae huius Sedis praescripta religiose exsequi, sed etiam sancta Ecclesiae iura libertatemque strenue tueri consueveris. Iamvero tum praesertim pastoralis tua sollertia in omnium conspectu eluxit, cum, maximo desaeviente bello, *vacillantes confirmaverunt sermones tui, et genua trementia confortasti:* atque *omnibus omnia factus*, pericula omne genus forti animo perpessus es, quibus acris etiam formido accessit ne cathedralis ista aedes magnificentissima, tam multis icta vulneribus, ruina concideret. Fruare igitur his publicis laetitiae significationibus, quas tibi tam amanter tribuit filiorum pietas; eo magis quod feliciter sane continget ut ipso sollemni die pars media Basilicae, in pristinum laborioso opere restituta, omnibus plaudentibus dedicetur. Nos autem, quos quidem desiderium tenebat praecipuam tibi Nostram testandi benevolentiam, et in tuae laetitiae partem venimus et vota omnium ominibus Nostris cumulamus: illud nominatim tibi precantes ut te quam diutissime, ad Ecclesiae utilitatem, propitius Deus sospitet. Insuper tibi damus ut, in hac rei faustitate, fidelibus nomine Nostro benedicas, plenam admissorum veniam eisdem proponens, statis nempe condicionibus lucrandam. Interea, caelestium conciliatrix munerum et voluntatis Nostrae testis apostolica sit benedictio, quam tibi, dilecte fili Noster, universoque tuo clero ac populo peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XVIII mensis Maii anno MDCCCCXXVII, Pontificatus Nostri sexto.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

S. IOSEPHI DE COSTARICA - DE LIMON

DISMEMBRATIONIS ET AGGREGATIONIS

DECRETUM

Archiepiscopus S. Iosephi de Costarica et Vicarius Apostolicus de Limon petierunt a S. Sede ut fines quibus in praesenti suae cuiusque ditiones circumscribuntur, ad animarum sibi concreditarum bonum nec non ad maiorem ecclesiasticae administrationis commoditatem, ita immutarentur ut paroecia de Turrialba ab archidioecesi S. Iosephi de Costarica seiungeretur et vicariatui apostolico de Limon coniungeretur; itemque ut ab eadem archidioecesi S. Iosephi de Costarica separetur et eidem vicariatui apostolico de Limon adiudicaretur pars illa territorii provinciae civilis de Heredia, quae sita est ad septentrionalem-occidentalem plagam provinciae de Limon et his finibus circumscribitur: ad orientem ipsa provincia de Limon; ad septentrionem cursu fluminis *San Juan* usque dum recipit aquas fluminis *Sarapiqui;* ad occidentem cursu ipsius fluminis *Sarapiqui* usque ad punctum quo in illud sese immittit flumen *Sucio*, iuxta huius fluminis cursum usque dum recipit aquas fluminum *El General.*

Iamvero Sanctitas Sua, petitionis opportunitatem immo necessitatem recognoscens, de Apostolicae potestatis plenitudine atque suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant, consensu, attento quoque favorabili voto R. P. D. Iosephi Fietta, Archiepiscopi titularis Sardicensis et Internuntii Apostolici in America Centrali, itemque consulta Sacra Congregatione Christiano nomini propagando deputata, preces benigne excipere censuit, sicuti de facto excepit. Hoc proinde Consistoriali decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae expeditae forent, memoratam paroeciam de Turrialba et partem illam territorii provinciae civilis de Heredia, limitibus supra descriptis circumscriptam ab archidioecesi S. Iosephi de Costarica separat et vicariatui apostolico de Limon in perpetuum coniungit.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda, Sanctitas Sua deputare dignata est memoratum Internuntium Apostolicum, R. P. D. Iosephum Fietta,

eidem tribuens facultates omnes ad id opportunas et necessarias, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum; facto onere intra sex menses mittendi ad Sacram Congregationem authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 1 Aprilis 1927.

✠ C. Card. De Lai, Episc. Sabinen. et Mandelen., *Secretarius.*

L. ✠ S.

Hamletus I. Cicognani, *Substitutus.*

II

AUGUSTAN.-EISTETTEN.

DE FINIUM DIOECESIUM COMMUTATIONE

DECRETUM

Fideles praedii *Bergstetten*, ad paroeciam *Kaisheim* in dioecesi Augustana pertinentes, ab Apostolica Sede postularunt, ut praedium memoratum a paroecia *Kaisheim*, a qua longe abest, dismembraretur atque viciniori paroeciae *Buchdorf* in dioecesi Eistettensi aggregaretur. Iamvero Ssmus Dominus Noster Pius Pp. XI, attento utriusque dioecesis Ordinarii consensu necnon favorabili voto R. P. D. Alberti Vassallo de Torregrossa, Archiepiscopi titularis Hemesen., ac Nuntii Apostolici in Bavaria, vi praesentis Consistorialis decreti statuit, ut praefatum praedium *Bergstetten* a paroecia *Kaisheim* et dioecesi Augustana separetur atque paroeciae *Buchdorf* ac dioecesi Eistettensi perpetuo attribuatur, mutatis hac de causa utriusque dioecesis finibus.

Ad haec exsecutioni mandanda Sanctitas Sua deputare dignata est eundem R. P. D. Albertum Vassallo de Torregrossa, ipsi tribuens omnes facultates necessarias et opportunas, etiam ad id subdelegandi quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum: facto onere transmittendi intra sex menses ad Sacram Congregationem Consistorialem authenticum exemplar peractae exsecutionis. Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 22 Octobris 1927.

✠ C. Card. De Lai, Episc. Sabinen. et Mandelen., *Secretarius.*

L. ✠ S.

Hamletus I. Cicognani, *Substitutus.*

III

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dñus Noster Pius divina Providentia Pp. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

30 Octobris 1927. — Cathedrali Ecclesiae Iaciensi praefecit R. D. Evasium Colli, parochum oppidi *Occimiano*, dioecesis Casalensis.

31 Octobris. — Metropolitanae Ecclesiae Bisuntinae, R. P. D. Henricum Binet, hactenus Episcopum Suessionensem.

9 Novembris. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Corinthiensi, R. D. Hectorem Felici, Antistitem Urbanum, Nuntium Apostolicum apud Rempublicam Chilenam.

11 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Helenopolitanae in Bithynia, R. P. D. Michaelem Labrecque, hactenus Episcopum Chicoutimiensem.

17 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Hieropolitanae, R. D. Nicanorem Mutiloa, e Congregatione Ssmi Redemptoris, quem deputavit Administratorem Apostolicum Barbastrensem.

18 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Collensi, R. P. Ludovicum Ferretti, ex Ordine Praedicatorum.

21 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Wladislaviensi, seu Calissiensi, R. P. D. Wladislaum Krynicki, hactenus Episcopum tit. Achantinum.

IV

DESIGNATIO

R. P. D. Michael O'Doherthy, Archiepiscopus Manilensis, designavit pro appellatione in secundo gradu Ordinarium Lipensem. Quam designationem Ssmus Dñus Noster rescripto Sacrae Congregationis Consistorialis, die 28 Octobris 1927, approbare dignatus est.

V

NOTIFICATIO

Declaratur pro norma Ordinariorum, praesertim Foederatorum Statuum Americae Septentrionalis, Sac. Aloisium Guigonnet, dioecesis Cerviensis, suspensum esse *a divinis*, eidemque ademptam esse quamcumque facultatem manendi in America.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

ROMANA ET ALIARUM

SERVITII CHORALIS

23 Aprilis 1927

Proposita sunt pro opportuna solutione huic Sacrae Congregationi Concilii dubia seu quaestiones quae sequuntur, de servitio chorali ad normam canonum, praesertim 414, 418, 419, ordinando, videlicet:

I. « Utrum post Codicem ad ius *alternativae* requiratur expressa concessio Sedis Apostolicae, an sufficiant consuetudo vel constitutiones capitulares ».

II. « An canonici iure *alternativae* gaudentes, per interessentiam choro in hebdomada non sua possint supplere absentias admissas in hebdomada sua ».

III. « Cum in Abulen., d. 15 Martii 1924, resolutum fuerit diem integre computandum esse in casu illegitimae absentiae a choro etiam per aliquot horas, quaeritur: « An eadem computatio facienda sit in casu illegitimae absentiae ab aliqua hora ex parte illius qui obtinuit indultum *pro diebus et horis* ».

Porro in communi conventu in Palatio Apostolico habito die 23 Aprilis 1927 Emi ac Rmi Patres Sacrae Congregationis Concilii responderi mandarunt:

Ad I: *Affirmative* ad primam partem, salva lege fundationis; *negative* ad secundam.

Ad II: *Negative.*

Ad III: *Affirmative.*

Quas resolutiones Ssmus Dominus Noster Pius, divina Providentia Papa XI, ad relationem infrascripti Secretarii eiusdem Sacrae Congregationis, in Audientia habita die 2 Maii insequentis, dignatus est approbare et confirmare.

D. Card. Sbarretti, *Praefectus.*

L. ✠ S.

† Iulius, Ep. tit. Lampsacen., *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

Die 3 Octobris

PRO S. TERESIA A JESU INFANTE VIRG.

Lectio IX

Terésia a Jesu Infánte, Alensónii in Gállia, ex honéstis piísque paréntibus orta est. Quinto ætátis anno, matre amíssa, Dei providéntiæ se totam commísit sub vigiláncia amantíssimi patris et sorórum natu maiórum: quibus magístris, ad curréndam perfectiónis viam ut gigas exsultávit. Novénnis virgínibus ex Ordine Sancti Benedícti Lexóviis excolénda tráditur. Décimo ætátis anno, arcáno et gravi morbo diu cruciáta, ope Dóminæ nostræ a Victória, divínitus fuit liberáta. Angélico fervóre repléta, ad sacrum convívium prímitus accédens, insatiábilem hujus cibi famem haurire visa est. Carmelitárum Excalceatórum Ordinem íngredi cúpiens, ob ætátis defectum, multas ad religiósam vitam amplecténdam nacta est difficultátes, quibus fórtiter superátis, Lexoviénsem Carmélum, quíndecim annos nata, felíciter ingréssa est; ibíque exímia erga Deum et próximum caritáte flagrávit. Spirituálem infántiæ viam, secúndum Evangélii doctrínam, secúta, álios, speciátim novítias, eámdem edócuit. Patiéndi desidério inflammáta, duobus ante óbitum annis Dei miseréntis amóri se víctimam óbtulit. Vigínti quatuor annos nata, die trigésima Septémbris, anno millésimo octingentésimo nonagésimo séptimo, ad Sponsum evolávit. Quam virtútibus et prodígiis claram Pius Papa Undécimus inter Beátas vírgines adscrípsit, novísque fulgéntem signis, recurrénte máximo Jubiléo, décimo sexto caléndas Júnias, solémniter Sanctórum fastis accénsuit.

URBIS ET ORBIS

Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa XI, referente infrascripto Domino Cardinali, Sacrae Rituum Congregationi Praefecto, suprascriptam lectionem contractam, in festi S. Teresiae a Iesu Infante commemoratione recitandam, rite revisam approbavit et benigne concessit: servatis de cetero rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 26 Octobris 1927.

A. CARD. VICO, Episc. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

L. ✠ S.

Angelus Mariani, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

PARISIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (BERTIER-GIUSTI)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Ioannis Bapt. Giusti, in causa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via della Dataria, 94) die 28 Decembris 1927, hora 12, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam qua habebitur Turnus rotalis pro causae definitione:

An confirmanda sit vel infirmanda sententiae Rotalis diei 1 Iulii 1927.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Ioannis Bapt. Giusti curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur.*

L. ✠ S. F. Parrillo, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 28 Novembris 1927.

Ioannes Ladelci, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Jean Giusti, défendeur en cette cause, Nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Via della Dataria, n. 94), 28 Décembre 1927 à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la cause devant la Rote.

Doit-on confirmer ou casser la sentence Rotale du 1 Juillet 1927?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit M. Jean Giusti devront, dans la mesure du possible l'avertir de la présente citation.

APPENDIX

VICARIATUS URBIS

Citazione edittale

ROMANA

DI DISPENSA DI MATRIMONIO (SERENI–ZELLI IACOBUZI)

Ignorandosi la residenza ed il luogo di attuale dimora del sig. Pietro Zelli Iacobuzi convenuto in questa causa, col presente editto si cita il suddetto signore a comparire personalmente davanti il sottoscritto Giudice Isturttore nella sede del Tribunale del Vicariato di Roma (Piazza della Pigna 12) il giorno 15 Dicembre 1927, alle ore 10 ant., per deporre nella causa di dispensa del suo matrimonio, che si asserisce rato non consumato intentata contro di lui da sua moglie Laura Sereni, avvertendolo che non presentandosi, sarà dichiarato contumace e si procederà oltre nella trattazione della causa in sua assenza.

Tutti coloro che hanno notizia dell'attuale dimora di detto convenuto, procurino, se, ed in quanto è possibile, che questi venga a conoscenza della presente citazione edittale.

Roma, dalla sede del Tribunale del Vicariato, il 3 Novembre 1927.

L. ✠ S.

B. De Felicis, *Giudice Istruttore.*

D. Dottarelli, *Cancelliere.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 8 Novembre 1927, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è tenuta la Congregazione dei Sacri Riti *Particolare*, nella quale gli Emi Signori Cardinali, nonchè i Revmi Prelati Officiali, componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sopra le seguenti materie:

1. Intorno al culto, in ossequio ai Decreti di Urbano VIII, non mai prestato alla Serva di Dio Maria di Gesù Crocifisso, Religiosa professa dell'Ordine dei Carmelitani Scalzi.

2. Intorno al culto, come sopra, non mai prestato alla Serva di Dio Maria di Gesù, Religiosa professa dell'Ordine dei Carmelitani Scalzi.

3. Intorno al culto, come sopra, non mai prestato ai Servi di Dio Gregorio Grassi, Vescovo di Ortosia; Francesco Fogolla, Vescovo di Bagi; Antonio Fantosati, Vescovo di Adraa; Teotimo Verhaghen, Vescovo di Siene, dell'Ordine dei Frati Minori, e Compagni, uccisi, come si asserisce, in Cina in odio alla Fede.

4. Intorno alla validità del Processo Apostolico costruito nella Curia Ecclesiastica di Firenze sulla fama di santità, ecc., in genere della Serva di Dio Anna Maria Lapini, Fondatrice dell'Istituto delle povere Figlie dalle Sacre Stimmate.

5. Intorno alla validità dei Processi Apostolici costruiti nelle Curie Ecclesiastiche di Barcellona e Colocza sopra i miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione del Beato Roberto Cardinale Bellarmino, della Compagnia di Gesù, dopo la sua Beatificazione.

6. Intorno alla validità dei Processi Apostolici costruiti nelle Curie Ecclesiastiche di Moulins e Nashville, sopra i miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione della Ven. serva di Dio Eufrasia Pelletier, Fondatrice della Congregazione delle Suore del Buon Pastore.

7. Intorno alla validità dei Processi Apostolici costruiti nella Curia Ecclesiastica di Brescia sopra i miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione della Ven. Serva di Dio Vincenza Gerosa, Confondatrice dell'Istituto delle Suore della Carità in Luere, Diocesi di Brescia.

8. E finalmente intorno alla validità dei Processi Apostolici ed Ordinari nella Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Ven. Servo di Dio Paolo Cafaro, Sacerdote professo della Congregazione del Santissimo Redentore.

Martedì, 22 Novembre 1927, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali e col voto dei Revmi Prelati Officiali e dei Consultori Teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si

è tenuta la Congregazione *Preparatoria* per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dalla Ven. Serva di Dio Giovanna Elisabetta Bichier des Ages, Confondatrice della Congregazione delle Figlie della Croce, dette Suore di S. Andrea.

Martedì, 29 Novembre 1927, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi l'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Rmi Signori Cardinali, i Rmi Prelati ed i Consultori teologi, componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sul dubbio delle virtù in grado eroico nella causa di beatificazione e canonizzazione del Ven. Servo di Dio Fratel Benilde, dell'Istituto delle Scuole Cristiane.

SACRA CONGREGAZIONE DEI SEMINARI E DELLE UNIVERSITÀ DEGLI STUDI

NOTIFICATIO

Motu proprio *Cum decessor*, die 3 Nov. 1927, Beatissimus Pater iussit transferri sedem huius Sacrae Congregationis in aedes pontificias ad S. Callisti, secunda contignatione eidem attributa.

Quapropter litterae et alia ad Secretariam praefatae Sacrae Congregationis mittenda, inscribantur ut sequitur: *Segreteria della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi – Palazzo S. Callisto, Piazza S. Maria in Trastevere, Roma 114.*

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

8 Maggio 1927. Monsig. Antonio Anelli; i Revmi: P. Bartolomeo Xiberta e P. Ilario Doswald, dell'Ordine dei Carmelitani; P. Gregorio di S. Teresa, dell'Ordine dei Carmelitani Scalzi; P. Gennaro Moretti, dell'Ordine dei Minimi; P. Carlo Gussoni, dei Chierici Regolari Barnabiti; P. Possidio Dauby, degli Agostiniani dell'Assunzione; P. Giuseppe Haegy, della Congregazione dello Spirito Santo; D. Francesco Walland, della Pia Società Salesiana di D. Bosco, *Consultori della Sacra Congregazione dei Sacramenti.*

8 Novembre 1927. Monsig. Alessandro Paglialunga e il Rmo P. Abbate Nicola Lardi, dei Canonici Regolari Lateranensi, *Consultori della Sacra Congregazione « pro Ecclesia Orientali »*.

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

12 Novembre 1927. L'Emo Sig. Cardinale Evaristo Lucidi, *Protettore delle Suore dell'Immacolata* (Genova).

14 » » L'Emo Sig. Cardinale Bonaventura Cerretti, *Protettore dell'Istituto delle Figlie del Calvario* (Messico).

15 » » L'Emo Sig. Cardinale Basilio Pompilj, *Protettore delle Suore Salesiane dei SS. Cuori* (Lecce).

Protonotari Apostolici ad instar participantium:

29 Agosto 1927. Monsig. Giuseppe Normandière, della diocesi di Laval.
13 Settembre » Monsig. Giacomo Carlo Mc Guigan, della dioc. di Edmonton.
31 Ottobre » Monsig. Eduardo Pyke, della diocesi di Lancaster.
7 Novembre » Monsig. Giovanni Reinisch, della diocesi di Secovia.

Prelati Domestici di S. S.:

14 Maggio 1927. Monsig. Torquato Dini (Roma).
» » » Monsig. Alberto Canestri (Roma).
29 Agosto » Monsig. Andrea Roulleaux, della diocesi di Laval.
25 Ottobre » Monsig. Pietro Cogliolo, Segretario della Internunziatura Apostolica di Haiti.
28 » » Monsig. Giovanni Bacile, della diocesi di Monreale.
31 » » Monsig. Antonio Rouche, dell'archidiocesi di Lione.
5 Novembre » Monsig. Luigi Picard, della diocesi di Namur.
8 » » Monsig. Francesco Balázs, della diocesi di Transilvania.
17 » » Monsig. Patrizio Francesco Horan, della dioc. di Little Rock.
» » » Monsig. Bernardo Enrico Feurst, della medesima diocesi.
18 » » Monsig. Guglielmo Daly, dell'archidiocesi di Glasgow.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

25 Settembre 1927. A S. E. l'on. sig. Carlo Dunbar Burgess King, Presidente della Repubblica di Liberia.

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

15 Novembre 1927. Al sig. Hagi Agha, della Delegazione Apostolica di Mesopotamia.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

12 Novembre 1927. Al sig. Giuseppe Pietro Nguyen-Huu-Bai, Presidente dei Ministri e Ministro dell'Interno dell'Annam.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

31 Agosto 1927. Al sig. Martino Martinetti, della diocesi di Mantova.
21 Ottobre 1927. Al sig. prof. Dante Sodini, dell'archidiocesi di Firenze.
» » » Al sig. dott. Giuseppe Marchisone, della medesima archid.
28 » » Al sig. avv. Giuseppe Cavazzana, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Al sig. Pietro Cailliau, della diocesi di Versailles.
29 » » Al sig. march. Franchino Rusconi, dell'archid. di Bologna.
31 » » Al sig. Enrico H. Melançon, dell'archidiocesi di Montreal.
5 Novembre » Al sig. Giuseppe Räber (Svizzera).
» » » Al sig. Roberto Durrer (Svizzera).
» » » Al sig. Giovanni Meyer-Rahn (Svizzera).

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

12 Luglio 1927. Al sig. Antonio Mátrai, dell'archidiocesi di Strigonia.
17 Agosto » Al sig. Francesco Vimercati, della diocesi di Brescia.
31 » » Al sig. Giuseppe Delmotte, della diocesi di Mantova.
» » » Al sig. Mario Jrailich, della medesima diocesi.
13 Ottobre » Al sig. Carlo Mancinelli, della diocesi di Sora.
19 » » Al sig. Salvatore Paolino Somaschini, dell'archid. di Firenze.
» » » Al sig. Roberto Bartolesi, della medesima archidiocesi.
25 » » Al sig. Maurizio Vaupoulle, della diocesi di Versailles.
29 » » Al sig. Epifanio Martino, dell'archidiocesi di Torino.
7 Novembre » Al sig. Giorgio Mc Ghee, dell'archidiocesi di Glasgow.
8 » » Al sig. avv. D. Giacomo J. Spalding, della dioc. di Savannah.
» » » Al sig. prof. Ferdinando Charron, della diocesi di Angers.

8 Novembre 1927. Al sig. prof. Eugenio Genest, della medesima diocesi.
» » » Al sig. prof. Maurizio Cesbron, della medesima diocesi.
9 » » Al sig. Reinard Dreesmann, dell'archidiocesi di Utrecht.
» » » Al sig. Ginseppe Souren, della medesima archidiocesi.
11 » » Al sig. dott. Eugenio Leflaive, dell'archidiocesi di Parigi.
» » » Al sig. maestro Armando Vivet, della medesima archidiocesi.
12 » » Al sig. Saturnino Luigi Mathias, della diocesi di Mangalore.
14 » » Al sig. Emilio Hebert, dell'archidiocesi di Montreal.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

25 Settembre 1927. Al sig. barone Rodolfo Augusto Luigi Lehman (Liberia).
» » » Al sig. Edvino Barclay (Liberia).

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

25 Settembre 1927. Al sig. Geremia Harris (Liberia).
» » » Al sig. Giovanni Gottlieb Richard (Liberia).
» » » Al sig. Dionigi Le-Phat-an (Indocina).

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

8 Novembre 1927. Al sig. Nicola Montani, dell'archidiocesi di Milano.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

27 Ottobre 1927. Al sig. Enrico Vigo, dell'archidiocesi di Genova.
8 Novembre » Al sig. Giuseppe Arduino, dell'archidiocesi di Torino.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

17 Giugno 1927. Monsig. Ruggero Tredici, della diocesi di Velletri.
16 Settembre » Monsig. Antonio Barisani, della diocesi di Faenza.
21 Ottobre » Monsig. Giuseppe Re, della diocesi di Ivrea.
» » » Monsig. Alessandro Soave, della diocesi di Acqui.
» » » Monsig. Ferdinando Wagner, dell'Amministrazione Apostolica Banato Serbo.
» » » Monsig. Nicola Gerofi, della medesima Amministrazione Apostolica.
» » » Monsig. Pietro Prem, della medesima Amministrazione Apostolica.

17 Novembre 1927. Monsig. Giovanni Sirotich, della diocesi di Trieste e Capodistria.
» » » Monsig. Giacomo Ukmar, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giusto Tamaro, della medesima diocesi.

Cameriere Segreto di Spada e Cappa Soprannumerario di S. S.:

19 Novembre 1927. Il sig. Alfredo Giuseppe Ellison, della diocesi di Clifton.

Camerieri d'Onore in abito paonazzo di S. S.:

20 Ottobre 1927. Monsig. Giovanni Benvenuti, dell'archidiocesi di Firenze.
25 » » Monsig. Massimiliano Rau, della diocesi di Rottemburgo.
17 Novembre » Monsig. Rodolfo Saversnig, della diocesi di Trieste e Capodistria.
» » » Monsig. Francesco Sila, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Jurizza, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Stefano Kropek, della medesima diocesi.
21 » » Monsig. Nicolò Pardo, della diocesi di Piazza Armerina.
» » » Monsig. Antonio Caddeo, dell'archidiocesi di Oristano.

Cameriere d'onore di Spada e Cappa Soprannumerario di S. S.:

4 Novembre 1927. Il Sig. cav. Roberto De Ferrari, della diocesi di Treviso.

Cappellani Segreti d'onore di S. S.:

21 Novembre 1927. Monsig. Michele Piliván, della diocesi di Cinque Chiese.
» » » Monsig. Giovanni Iványi, della medesima diocesi.

NECROLOGIO

14 Ottobre 1927. Monsig. Filippo Tchao, Vescovo tit. di Vaga.
31 » » Monsig. Geremia Giacomo Harty, Vescovo di Omaha.
6 Novembre » Monsig. Ludovico Petit, Arcivescovo tit. di Corinto.
9 » » Monsig. Gennaro Trama, Vescovo di Lecce.
» » » Monsig. Guglielmo Miller, Vescovo tit. di Eumenia.
» » » Monsig. Roberto Giulio Colombo, Vescovo tit. di Camaco.
12 » » Emo Sig. Card. ALESSANDRO LUALDI, del titolo dei Ss. Andrea e Gregorio al Celio, Arcivescovo di Palermo.
14 » » Monsig. Pio Damaso De Bono, Vescovo tit. di Troade.
24 » » Monsig. Patrizio Riccardo Heffron, Vescovo di Winona.
26 » » Emo Sig. Card. GIOVANNI BONZANO, del tit. di S. Susanna.

MONITUM.

Omnes - qui nostrum "Acta Apostolicae Sedis„ Commentarium officiale sunt pacti, quibus mense decembri 1927 nomina excidunt et denuo subnotandi voluntas est - ut quam primum subscribant rogantur, ne iisdem ullam missio pro anno 1928 fasciculorum, volumen XX complectentium, moram patiatur.

In renovanda vero subnotatione ut alteram ex fasciculorum schedulis externis mittant, vel numeros designent nomini ipsi praepositos socii iterum rogantur.

Sono pregati i nostri abbonati, ai quali scade l'abbonamento col prossimo mese di dicembre 1927, e che vogliono rinnovarlo, di farlo al più presto possibile, affinchè non sia loro ritardata la spedizione dei fascicoli del 1928, anno XX, volume XX.

Nel rinnovare il loro abbonamento sono pure pregati di volerci inviare la fascetta con la quale ricevono il fascicolo, ovvero ricopiare i numeri che precedono il nome.

Nos abonnés, dont l'abonnement finit en décembre 1927, et qui désireraient le renouveler, sont priés de le faire au plustôt, afin qu'il n'y ait pas de retard dans l'envoi des fascicules de 1928, XXe année, volume XXe.

Ils sont priés également de vouloir bien, en renouvelant leur abonnement, envoyer la bande sous laquelle ils reçoivent les fascicules, ou recopier les numéros qui précèdent leur nom.

ENCHIRIDION BIBLICUM

Documenta ecclesiastica Sacram Scripturam spectantia.

Auctoritate Pontificiae Commissionis de re Biblica edita.

Romae L. 10 — In Italia L. 11 — Apud Exteros L. 13,50

Linteo anglico contectum cum titulo aureo:

Romae L. 15,40 In Italia L. 16,40 Apud Exteros L. 18,90

NB. - *Seminariis et Religiosis Communitatibus, pro certo numero exemplarium, inminutio pretii conceditur.*

	Roma L.	Italia L.	Estero L.
LE DIOCESI D'ITALIA dalle origini al principio del sec. VII (an. 604). Studio critico di Mons. Francesco Lanzoni. 1927. Due volumi in-8°, pp. XVI-606 e 607-1122.	125 —	125 —	140 —
Mons. Francesco Lanzoni. **Genesi, svolgimento e tramonto delle leggende storiche.** Studio critico. Un vol. in-8°, di pp. VIII-304. . . .	35 —	37,60	42 —
ORDO DIVINI OFFICII recitandi sacrique peragendi iuxta Kalendarium Universalis Ecclesiae. Anno Dñi bissextili 1928	3,50	4 —	4,50
Ordo Divini Officii recitandi sacrique peragendi pro Clero Saeculari Romano anno Domini bissextili 1928 iussu Emi ac Revmi Domini Basilii miseratione divina Episcopi Veliterni, S. R. E. Card. Pompilj SS. D. N. Papae Pii XI Vicarii Generalis. In-16°.	3,50	4 —	4,50
Officium et Missae in Nativitate Domini, *cum cantu,* iuxta ordinem Breviarii et Missalis Romani. Editio typica Vaticana. - Vol. in-8°, pp. 112, charta optima.	5 —	5,50	6,50
Rouët de Journel (S. J.), **NONCIATURES DE RUSSIE** d'après les documents authentiques. **Nonciature d'Arezzo (1802-1806).** In-8° gr.			
Ie partie: 1802-1804, pp. CLXVIII-750 (1922)	50 —	53 —	57,50
IIe partie: 1804-1806, pp. LVI-508 (1927)	85 —	87 —	90 —

Di imminente pubblicazione:

Diario Romano per l'anno del Signore 1928.

Veneunt Romae apud Administrationem Commentarii Officialis "Acta Apostolicae Sedis„ (*Libreria Vaticana - Vaticano - Roma*).

Nuperrime prodiit:

MISSALE ROMANUM

ex Decreto Sacrosancti Concilii Tridentini restitutum; S. Pii V Pontificis Maximi iussu editum, aliorumque Pontificum cura recognitum, a Pio X reformatum et Benedicti XV auctoritate vulgatum. – ***Tertia editio iuxta typicam.*** – Romae 1928. – Volumen paginis constans LXXXVIII-634-[202], charta subtili non translucida, nigro tantum crassoque charactere impressum, cum rubricis cursivis, quas vocant, litterarum formis (cm. 17×26).

Missae novorum *Sanctorum pro Ecclesia universa* ei Missalis parti quae est Propria Sanctorum insertae sunt.

Missis vero *Sanctorum pro aliquibus locis* alius datus est ordo quo facilius inveniantur; idque Sacrae Rituum Congregationis concessu, a qua denuo Missale ex integro recognitum est.

	Romae	In Italia	Apud Exteros
	L.	L.	L.
— Solutum	30 —	33 —	40 —
— (A) Volumen partim corio, partim linteo anglico contectum, sectione foliorum rubra, cruce aurea aliisque ornamentis signatum	45 —	48 —	55 —
— (B) Volumen partim corio, partim linteo anglico contectum, sectione foliorum aurea, cruce aurea, aliisque ornamentis signatum	50 —	53 —	60 —
— (C) Volumen corio totum contectum, sectione foliorum aurea aliisque ornamentis aureis et cruce aurea perbelle signatum	85 —	90 —	97 —

Omnia tegumenta diligenter confecta sunt, et signacula aptius disposita.

Haec editio necessitatibus cleri, pauperum praesertim Ecclesiarum et missionalium virorum, cum minoris formae commoditate tum pretii parvitate, omnino respondet.

Proxime edetur:

MISSALE ROMANUM ex Decreto Sacrosancti Concilii Tridentini restitutum; S. Pii V Pontificis Maximi iussu editum aliorumque Pontificum cura recognitum, a Pio X reformatum et Benedicti XV auctoritate vulgatum. *Typis rubris-nigris*, in-4° (cm. 22×31), charta manufacta.

Veneunt Romae apud Administrationem Commentarii Officialis "Acta Apostolicae Sedis„ (*Libreria Vaticana - Vaticano – Roma*).